



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 86. Poloni a triplici hoste pressi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. ditione Calendarium Gregorianum ob  
 A. C. 1655. fervari jussit: postea Lutheranismum  
 tium remisit, & unacum Serenissima  
 Conjuge sua ex Rheingravorum gene  
 orta coram Archiepiscopo & Electore  
 Moguntino die trigesima Decembris  
 Guirceburgi fidem Catholicam palam  
 professus est, non sine ingenti Catho  
 licorum jubilo. Fertur, quod Sath  
 nas, cum aliquot post annis Eychen  
 dii ex Energumeno sacris exorcismi  
 pelleretur, edixerit, Christianum Prin  
 cipem esse ejus Apostatam, eoque  
 suo obsequio & a fide Lutherana  
 Catholicos transisset: verum hujus  
 lationis fides sit penes Authorem  
 cobum Hackium.

*Norma fid.  
Hack.*

## §. LXXXVI.

*Poloni a triplici hoste pressi.*

*Tuld. Hist.  
rer. l. 5.  
Priet. An-  
nal. mund.*

Cum Alexius Michelovicus magnus  
 Moschoviæ Dux Polonicam ditam  
 nem hostili exercitu, jam anno prior  
 invasisset, Carolus Gustavus Sueciæ  
 hujus inopinæ irruptionis opportunitatem  
 in rem suam versa, hoc anno arma  
 versus Poloniæ Regem parabat, jactans  
 novi belli obtentu, quod Calimirus  
 æque ac olim Sigismundus Reges  
 legitimos Sueciæ hæredes dicerent,  
 tamen ipsa, quod oppressis Catholicis  
 Luthe



Lutheranæ sectæ incrementa in hoc Sæc. XVII.  
 Regno promovere intenderet; satis e- A. C. 1655.  
 nim aperte suum in Catholicos odium  
 in Norimbergensi Conventu prodiderat,  
 ubi inter epulas cum suis sæpius in  
 Papæ excidium propinatis poculis po-  
 tabat: Nihilominus studiose suum oc-  
 cultabat consilium, missisque ad An-  
 glos, Lusitanos, Moschos, imo & ad  
 Cæsarem Legatis, singulis significari  
 voluit, ut a novo tanti belli apparatu  
 nil sibi metuerent, eoquod duntaxat  
 fines suos adversus hostium quorumvis  
 pericula tutari intenderet; Imperator  
 tamen, Bavarus, & alii Electores ac  
 Principes Catholici, quamvis Suecum  
 contra nuperæ pacis leges quicquam  
 acturum haud sperarent, ne tamen ad  
 subitam invasionem imparati essent,  
 militum delectus haberi jusserunt. Pau-  
 lopost Carolus Rex cum Moschoviæ  
 Duce, contra quem ire simulabat, foedus  
 iniit: Hic autem inde animosior factus,  
 Lithuanos a Mohiloviæ urbis obsidione  
 repulit, iteratoque prælio sedit, ac  
 Cosaccos Tartarosque sibi conjunxit,  
 quorum ope suffultus, Smolenskum,  
 Palatini socordia, necnon Vilnam pri-  
 mariam Lithuanæ urbem Radzevillii  
 Gubernatoris, ut putabatur, ignavia &  
 civium pusillanimitate, aliasque urbes  
 cepit, totamque Lithuaniam qua late  
*Hist. Eccles. Tom. LXII.* S patet,



Sæc. XVII. patet, sanguine, incendiis, prædis & A. C. 1655. terrore implevit: Majoris mali periculo territus Joannes Casimirus Rex, Varsoviae comitia habuit, in quibus Proceres petebant, ut in Palatinum obtemerere traditam urbem animadvertetur, Ducalis Prussia præsidario militibus firmaretur, & si Carolus Gustavus conducias cum Uladislao Rege cum Suecia Regina pactas violaturus esset, æquis viribus retunderetur, hancque in rem Moschi & Cosaki precibus præmiis ad opem ferendam incitarentur. Præprimis vero Protestantes Lutheranae sectæ libertatem requirebant, quæ nisi mox concederetur, majora mala minitabantur. Postmodum Janus Radzevillius, ut impactam sibi calamitatem amoliretur, in Senatu defuncto Lithuaniae statu perorans, sexaginta vexilla Moschis adempta præterea ducentos quinquaginta captos adduxit tandem militum convocatione Regi relicta, die vigesima prima Junii comitatus finis imponebatur, exigua prorsus felici successus spe; eoquod in Procerum potissimis privata dissidia, aut discordia prævalerent, & Protestantium plerique Sueco adventanti obviam eundi, suasque res eidem sectæ affinitate conjuncto dedere, quam Regis justitiam exequi mallent, etsi adhuc pudor, me-



Sæc. XVII.  
A. C. 1655.

tusque eos in officio paulisper contine-  
ret. Jamjam die vigesima Julii Guit-  
tebergus Suecici exercitus Imperator,  
viam monstrante Rativæo Polono pro-  
ditore, cum viginti suorum millibus  
in Poloniam penetraverat, positisque  
prope Hoffitettam castris, transmissio-  
que Notessa flumine Polonos ad pri-  
mum Suecorum conspectum profugos  
ad deditionem compulit, pactis hisce  
legibus. I. Christophorus Brinus Opa-  
linicius Posnaniensis, & Andreas Grut-  
zienicus Calissinus Palatini fidem suam  
mox Sueco Regi obstringerent, eidem-  
que bonorum Ecclesiasticorum proven-  
tus, regiosque redditus & jura cede-  
rent. II. Posnaniam, Calissiam, Ma-  
serinum, aliasque commodiores urbes  
Suecus possideret. III. Quo quisque  
genere natus, vel qua religione imbu-  
tus fuerit, in ea relinqueretur. IV. Ne-  
mo ob religionem molestaretur, om-  
nesque sua Tempia & Scholas retine-  
rent. V. In sæcularium Nobilium Do-  
mos milites non immitterentur, & trans-  
gressores severe plecterentur. VI. Sue-  
cus omne imperium in has Provincias  
exerceret, & violatis hisce legibus Po-  
loni Regis bona in ærarium Sueco re-  
ferrentur. His pactis die vigesima quinta  
ejusdem Mensis subscribere Palatini,  
& Sueci uno quasi momento incruenta



**Sæc. XVII.** prorsus felicitate ditionem quadraginta  
**A. C. 1655.** passuum millibus extensam sibi vendi-  
 carunt: insuperhabita autem pastorum  
 fide Sueci Ecclesiasticorum prædiis me-  
 lites imponebant, eosque illorum re-  
 ditibus alebant: Guittæbergus quoque  
 cum recente milite Posnaniam re-  
 movit, cui ipsemet Rex Carolus tra-  
 ducto e Suecia in Pomeraniam ex-  
 citu prope Colum oppidum sese con-  
 xit, ubi Christophorus Præzimisius  
 Polono Rege missus Orator, bellum  
 precabatur, æquisque conditionibus  
 pacem exorabat, hanc in rem ap-  
 offerens locum, qui non plus duode-  
 cim leucis utrinque distaret: Hic  
 Suecus ludificans respondit: *liberum  
 vestrum Regem ad me veniendi molestia,  
 ego brevi illum conveniam.* Hoc contem-  
 ptu irritatus Poloniæ Rex, uxore  
 Cracoviam dimissa, Procures ad  
 dicendam injuriam, tuendamque  
 triam luculenta oratione incitabat.  
 Suecus vero rapido armatae felicitate  
 cursu die secunda Septembris Gnesna  
 urbem ultro apertam ingenti pompa  
 ac triumpho ingrediebatur, nullo  
 repugnante Varsoviæ præcipuam  
 zovix urbem occupans prope Lovitiam  
 Polonos post acre ac pertinax certamen  
 fudit, trajectaque Vistula pluribus  
 titus urbibus, denuo Casimiri cop-



ad flumen Danajecium profligavit, **Sæc. XVII.**  
 ipsumque Regem per Hungariam in Si- **A. C. 1655.**  
 lesiam profugere compulit: inde Casi-  
 mirus Leichium Legatum ad Suecum  
 decrevit, pacis condiciones oblaturum;  
 quas tamen Carolus arroganti hoc re-  
 sponso dimisit: „indignum esse, ut Rex  
 „Regno exutus de pace in suo exilio a-  
 „geret, potius Regiæ suæ fortunæ ob-  
 „livisceretur, cum Carolus jamjam Var-  
 „soviæ de Reipublicæ commodo in co-  
 „muniis proxime celebrandis sine Casi-  
 „mirus prospecturus esset:„ Demum  
 Suecus Sueffam oppidum, necnon Cra-  
 coviam die decima septima Octobris  
 deditione cepit, inter condiciones in  
 favorem Catholicæ Religionis firmata  
 hac lege, ut *libertas Religionis Catholicæ*  
*Romanæ, ejusque Sacramentorum admini-*  
*stratio, & pietatis illius publicum exerci-*  
*tium, in urbe Cracovia imperturbata, &*  
*plena permitteretur. Ecclesiæ, Paræciæ,*  
*Collegia, Monasteria, Conventus, Xeno-*  
*dochia, omnesque aliæ domus, quæ ab sa-*  
*cratis Deo viris aut mulieribus habitantur,*  
*inviolatæ permanerent, quæ non hospitio*  
*militum, non equorum stabulo, nisi id ma-*  
*xima & evidens protegendi urbem, conser-*  
*vandique necessitas imperet, designarentur,*  
*neque militibus prædæ darentur, sed cum*  
*omnibus hominibus, fortunisque eorum &*  
*suppellectile ab hostili direptione, injuriaque*



Sæc. XVII A. C. 1655 arcerentur. Ecclesiasticis omnibus, tam  
 secularibus, quam regularibus ex utroque  
 sexu, sine ullius rei violatione ibi esse  
 pacatis, ac liberis liceret; proventibus  
 privilegiis, villis, ac prædiis eos frui, &  
 gaudere paterentur. Cum hac addita  
 tamen, ut ipsi quiete vivant, ac debita  
 obedientia, & fide in Regiam Suecicam  
 iuramentum præstati sint; neque tumultus  
 quæquam, aut contentionis contra Regem,  
 quæquamque præsidium & regimen vel modum  
 tur ipsi, vel exsequantur, neque moliantur  
 aut exsequendum curent, siue publice,  
 private id fieri possit. Si de fortunis  
 censibusque ac redditibus, similiter  
 laici alii, in Palatinatibus, & Provinciis  
 vectigalium impositorum onera persoluant.

Interea Petrus Ivannovicus Molitor  
 rum Præfectus Lublinum opulentam  
 Poloniæ minoris urbem ad deditio-  
 compulit, & quamvis civibus, & Ec-  
 clesiasticis vitæ gratiam, liberam  
 bonorum possessionem pollicitus esset,  
 nihilominus violata pactorum fide  
 blinenses pro redimenda urbis suæ  
 reptione ad gravissimas pecuniarum  
 merciumque exactiones adegit, & Chri-  
 stiani facci Hebræos in suburbiis latitantes  
 ex improvviso obruerunt, aliis obtrun-  
 tis, & non paucis in Synagoga exultantibus  
 postea arci ignem injecere, incendium  
 vix non in urbem propagato: Exaudire  
 batur per



batur horrendus puerorum ploratus, Sæc. XVII.  
 & foeminarum ululatus, crudelique hoc A. C. 1655.  
 spectaculo ad quatrimum protracto  
 Tempia flammis consumpta, homines-  
 que affati inter extrema dolorum ex-  
 tingui cernebantur: nec tamen adhuc  
 cessatum a rabie; supererant enim ad-  
 huc Carmelitarum, Bernardinorum &  
 Brigitinorum Cænobia, in quibus Re-  
 ligiosi obtruncati, Sanctimoniales aliæ  
 raptæ, aliæ abstractæ, pluresque a  
 Cosaccis misere interemptæ fuerunt.  
 Insuper postrema Novembris die Sue-  
 cus Prussiam Regalem invasit, capto-  
 que Stratioburgo Thorunium, Elbin-  
 gam, Braunsbergam aliasque urbes  
 eundo & redeundo interceptit, & po-  
 tissimas partim civium metu, partim  
 proditione in suam redegit potestatem:  
 vicissim vero, cum Cosackorum cladem  
 a Tartaris in Ukrania illatam vindicare  
 niteretur, hi Suecos adorti una omnes  
 internecione deleverunt, nequidem oc-  
 cisorum cadaveribus parcentes. Enim-  
 vero Tartari parta hac victoria Polonis  
 favere simularunt, crudelius tamen au-  
 xiliatores, quam ipsimet hostes desæ-  
 viebant: unde Casimirus Rex omni ope  
 destitutus, quovis pretio pacem redi-  
 mere statuit, ipse etiam Imperator ad  
 Suecum cum Polono reconciliandum  
 omnes vires suas, incassum tamen, im-  
 pendit.

S 4 §. LXXXVII.